

litiā illam, qua Christum concipiens anima eius fuerat perfusa. Quod si regius Vates refert, ob redemptam Sionem laetatus, et exhilaratus valde Israelitas, cecinisse canticum illud (Psal. 125): *In convertendo Dominus captivitatem Sion, facti sumus sicut consolati: tunc repletum est gaudio os nostrum, et lingua nostra exultatione: tunc dicent inter gentes, magnificavit Dominus facere cum eis: magnificavit Dominus facere nobiscum, facti sumus laetantes. Si igitur populus Israel videns redemptionem Sionis adeo exultavit, quidni b. Virgo clare videns non solum humani generis redemptionem, sed et illius auctorem Deum et hominem, exultaret? Exultat sane Deipara, cum Dominus captivitatem mundi convertere iam inciperet, facta est Virgo sicut consolata, incredibili animi consolatione recreata; tunc repletum est gaudio os eius, et lingua eius exultatione; tunc dictum est inter gentes, magnificavit Dominus facere cum illa; facta est laetans, et exultavit spiritus eius in Deo salutari suo.*

Illud autem in quaestione vertunt interpretes hoc loco, an beata Virgo prius magnificaverit Dominum, deinde exultaverit in illo; an vero e contra, prius exultaverit, deinde magnificaverit? d. Bonaventura (super Luca.) hoc secundum verum existimat dicens: *Quia enim spiritus interior exultaverat, ideo anima in voce magnificabat; et ideo exultationem de praeterito, et magnificationem de praesenti ponit, quia exultatio est natura prior: vulgo seaphicus Ductor, quod b. Virgo coelestium gaudiorum, ac aeternae dulcedinis miram atque indicibilem suavitatem ex Christi conceptione praesentens, in Deo salutari suo in primis exultaverit, et deinde Dominum summo voce laudans magnificaverit, quasi internae laetitiae, tamquam causae, externa indicia, ac certa argumenta veluti effectus praebens: confirmantque hanc interpretationem verba d. Basilii (in comment. huius loci), dum explicans verba illa, *Exultavit spiritus meus*, inquit: *Primus fructus spiritus est pax, et gaudium: prius exultavit, deinde magnificavit, cum magnificatio non sit primus fructus spiritus. Ceterum alii non minus probabilem putant oppositam Cornelii Iansenii in sua concordia expositionem, ubi ait: Bene autem prius dicit, Magnificat, deinde, exultavit; cum enim magnificare pertineat ad intellectum vim, exultare vero ad voluntatem, et affectum, istud ex illo nascitur.**

Sed iam tempus est, ut sequentia verba, in salutari meo, exponere aggrediamur. Similia his verbis sunt illa Davidis (Psal. 34): *Anima mea exultabit in Domino, et delectabitur super salutari eius: necnon illa alia Habacuc (c. 3) in suo cantico: Ego vero gaudebo in Domino, et exultabo in Deo Iesu meo: persimilia etiam illa Annae Samuelis (1. Reg. 2): *Exultavit cor meum in Domino, lactata sum in salutari tuo. Nomine tamen salutaris intelligit sine dubio b. Virgo non Deum praecise, sed iam hominem factum; ut sic enim est salus, redemptio, et reconciliatio nostra: unde exultatio illa, in salutari suo, laetitia sane erat spiritualis, et sensibilis, qua Deipara gestiebat in prolem suam,**

quam utero gestabat. Hinc eleganter d. Augustinus (ser. 2. de annunc.): *Promittitur Virgini filius per visitationem sancti Spiritus: haec illa audiens gaudet, cupitque effici mater; et rursus: Exultat Maria, et matrem se laeta miratur, et de Spiritu sancto se protulisse gaudet; nec quia peperit inapulta, terretrur, sed quia genuerit cum exultatione, miratur. Angelus Caestinus (super Miss. discurs. 34. in fin.) aliam viam ingressus, per illa verba in Deo salutari meo, omnes divinas personas intelligi autumat, in Deo, inquit, ecce Patrem; salutari, ecce Filium; meo, ecce Spiritum sanctum, quia speciali ratione se Virgini donaverat in sponsum. Addit etiam, quod cum Deus simul sit creator, salvator, et glorificator, ad haec tria munera respiciens b. Virgo dixit: In Deo salutari meo: in Deo, propter respectum creationis, iuxta illud (Gen. 1): *In principio creavit Deus coelum, et terram: salutari, propter respectum redemptionis, iuxta illud (Luc. 1): *Benedixit Dominus Deus Israel, quia existavit, et fecit redemptionem plebis suae: quia tandem, propter respectum glorificationis, quo dum Filius Dei factus erat filius Virginis, certissimum futurae gloriae pignus acceperat. Non inficiamur haec mystica; sed prima expositio literalis est, immo crediderim consulo non dixisse, exultavit spiritus meus in Deo creatore meo, sed salutari meo, quia non tam de creatione, quam de salute, et iustificatione nostra nos exultare debere doceret; nihil enim nobis creari utile fuisset, nisi per Christum recreari et reparari fuisset. Unde observatione digna est mirabilis haec antithesis, nimirum, quod Deus in creatione mundi gaudet, et delectatur (Prov. 8): *Quando appendebat fundamenta terrae, cum eo eram cuncta componens, et delectabar per singulos dies, ludens coram eo; in reparatione vero lacrymatur, iuxta illud Pauli (Heb. 5): *Cum clamore valido, et lacrymis offerens, exauditus est pro reverentia sua: e contra vero homo cum nascitur, gemit, et plorat (Sap. 7): *Primum vocem emisit plorans; cum vero iustificatur, licet alioquin dolores, ut parturientis antea sustineat, vehementer tamen postea laetatur, iuxta illud (Joan. 16): *Cum autem peperit puerum, iam non meminit pressuram propter gaudium, quia natus est homo in mundum. Voluntas quidem peccatoris, cum ad Deum convertitur, Spiritus sancti virtute foecundata parit spiritum salutis, hoc est, actum conversionis; et de huiusmodi partu gaudet, quia natus est homo in mundum, tunc enim cum iustificatur, incipit esse homo, quia vere ante iustificationem, ob deformitatem peccati, comparatur est iumentis, et similis factus est illis: dolore igitur, et anxietate illa, quam in cruce sustinuit, lacertus est Christus peccatori laetitia, et gaudium, quo in iustificatione sua perfunditur. Ex quo etiam constat, obligatos nos esse Deo propter beneficium redemptionis, quam creationis, tum quia creavit nos gaudens, redemit dolens; tum quia dolore suo iustificationis nostrae gaudium acquisivit, et comparavit; tum quia in creatione esse naturalem accepimus, in redemptione vero, cuius virtute iustificamur, esse supernaturale et divinum participamus, di-*******

vinas consortes facti naturae, ut verbis d. Petri (2. Pt. 1.) loquar.

Sed perge iam aperire singularia arcana, quae latent in verbo illo, meo: recte quidem ait meo. Primo, quoniam totum corpus Christi, quo mediante Deus factus est salutare nostrum, ex solius Virginis purissimis sanguinibus formatum fuerat, nullam in eo foetu vir partem habens, utpote, quae sola Spiritus sancti ombumbratione concepisset. Secundo, propterea appellat Deipara Christum Dominum Salvatorem, sed salutare suum, ut universale communis salutis beneficium peculiare et proprium sibi faceret ob magnitudinem suae caritatis, et gratitudinis erga Deum: hanc imitatus d. Paulus (ad Galat. 2.) loquens de Christo, dixit: *Qui dilexit me, et tradidit semetipsum pro me; super quae verba d. Chrysostomus (super epist. ad Gal.) exclamat: *Quid facis Paule, dum communia propria tibi vindicas; quaeque pro toto terrarum orbe facta sunt, tibi facis peculiaria? Cum consideraret apostolus infirmitatem humanae naturae, et ineffabilem Dei sollicitudinem, tum quibus ipsum malis liberasset, quae bona largitus esset, inflammatus illius desiderio, hunc in modum loquitur. *Quandoquidem et prophetae non raro Deum communem, sibi proprium faciunt, hoc modo loquentes: *Deus, Deus meus, ad te de luce vigilo. Praeterea vero declarat Paulus, hoc quoque pra se esse, ut quisque nostrum non minus agat gratias Christo, quam si ob ipsum solum advenisset. Neque enim recitaturus erat, vel ob unum tantum exhibere dispensationem; haecenus d. Chrysostomus. Tertio addidit Deipara consulo particulam illam meo, coniunctam cum salutari, seu Iesu, qui Salvator interpretatur, ut significaret se speciale aliquam, ac singularem salutis rationem prae omnibus aliis a Christo obtinuisse, ut cum alios a peccati originalis morbo sanaret, Virginem ab incurrenda huiusmodi infirmitate praeservasset, ac propterea inter redemptos a Christo ipsa principem locum teneret. Quia tamen de huiusmodi praeservatione permulta dixi (lib. 1. de arc. praedestinat. atque immac. conc. Deip. Mar.), nunc solum celebrem quandam Papieniam legem ei aptabo: ille quidem (in l. sunt, ff. de relig. et sumptib. funerum), loquens de inferendo cadavere in alieno fundo docet, o pus esse non semel iustitiae rationem religionis rationi postponi; verba eius sunt haec: *Rationem insuper habemus, idest continentiam, qua nonnumquam in ambiguis religionis quaestionibus omitti solet, nam summa ea est ratio, quae pro religione facit: licet igitur iuxta legem iustitiae divinae omnes per naturalem propagationem ex primo praevaricatore Adam oriundi peccatum originale incurere debeant, merito tamen b. Virgo excipitur ab ea communi lege: quia ex eo quod futura erat mater Dei, ratio religionis, quae quandoque iustitiae rationi anteponenda est, postulabat, ne peccatum originale contraheret: Nam summa ea est ratio, quae pro religione facit: si ergo summa est ratio religionis, maior ea non est ratio illa communis divinae iustitiae, ut incurrerent omnes peccatum originale. Ut significaret igitur b. Virgo, hac speciali ratione praeservan-*****

do illam a peccato originali, Christum Dominum fuisse Salvatorem, et salutare suum, idcirco notanter dixit: *In Deo salutari meo*, licet alioquin non ipsis solius, sed et omnium communis esset Salvator. Cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

## HOMILIA XIV.

In eadem verba: Exultavit spiritus meus in Deo salutari meo: exultationem Virginis prosequimur, cuius exemplo docemur in Creatori, non in creaturis exultare, et delectari debere; maxime cum creato bona, cuncta, brevia, fallacia, et futillia sint.

Divus Augustinus (super Psal. 83) versans illa Davidis verba: *Cor meum, et caro mea exultaverunt in Deum vicum, ait: *Unde exultatio, nisi de spe? In quo exultaverunt? In Deum vicum. Quid ibi exultaverunt? Cor meum, et caro mea. Unde exultaverunt? Nam et passer, inquit, invenit sibi domum, et turtur nidum sibi, ubi ponat pullos suos. Quid est hoc? Duo dicitur, et duo reddidit in similitudinem avium. Dicitur exultasse cor suum, et carnem suam, et huius duobus reddidit passerem, et turturum, cor tamquam passer, cor tamquam turtur. Invenit sibi domum passer, invenit sibi domum cor meum. Recte ponatur d. Augustinus hanc exultationem, referens illam ad duo illa animalia passerem, et turturum, ita ut cor tamquam passer inveniat sibi domum, ubi quiescat, et caro, tamquam turtur, inveniat sibi nidum, ubi ponat pullos suos. Sic spiritus Virginis quiescit in Verbo divino, tamquam in proprio eius centro, et eius caro in eodem exultavit, carnem iam indulo, collocando in illo omnes pullos affectionum, et operationum suarum. Merito ob hanc rationem sponsus vocavit Virginem columbam (Cant. 2): *Veni columba mea, amica mea: fuit enim permixtio columbae emissae a Noe tempore diluvii, cuius pes non extra arcam, sed in arca solum quiescit, unde neque minimam diluvii aquae guttam pedibus suis tetigit; per non obscure significatur affectus Deiparae, per pedes significatos, non in creaturis, sed in solo Deo quiescivisse, et exultasse; unde sicut illa Noe columba in laetitia argumentum, quo ira Dei cessasset, nunc virentis olive in ore delucit, sic b. Virgo, in signum laetitiae ob placatum divinum furorem propter Filium sui in carne adventum, cecinit mellifluum illud canticum (Luc. 1): *Exultavit spiritus meus in Deo salutari meo. Sileo Mariae mirificam exultationem, quando agnovit, ab originali macula ob merita Filii sui fuisse divinitus praeservatam: sileo laetitiam, quam percepit, quando in templo fuit a parentibus ipsa praesentata, et divino cultui mancipata: sileo alacritatem, qua angelica salutato illam affecti, certiorum cum faciens praedestinatum, et electam fuisse in Dei matrem: taceo iucunditatem, qua Elisabetham visitavit, et Ioannem tamquam divinam virtutis instrumentum voce sua sanctifi-****



cavit: taceo mirabilem laetitiam quam suscepit, cum agnovit divinam revelationem, de Verbi divini conceptione in eius utero, Iosepho sponso suo factam; quantum enim illum amabat, tantum de eius moerore dolebat, unde de eius consolatione non potuit non ipsa vehementer gaudere: taceo eximium illud gaudium, quo Spiritus sanctus animam eius recevit, tres res Magnus impellens, ut ante praesepe Christi Domini genua procumbentes, illum tamquam Deum, hominem, et regem adorarent: taceo hilaritatem illam, qua Filium suum, divino praecepto obsecundans, in templo obtulit Deo, quinque siculis illum redimens, a quo quinque vulneribus mundus totus redimensus erat: taceo quantum Deipara laetata fuerit, cum puerum Iesum, qui per triduum latuerat, inter doctores magno applausu disputantem invenit: taceo singularem illam, quam habuit, exultationem, cum ad eius preces primam omnium miraculorum patravit Dominus, aquam in vinum convertens in nuptiis in Cana Galilaeae: taceo laetitiam, quam percepit, cum agnovit Christum Dominum in monte Thabor gloriose transfiguratum fuisse inter celeberrimos illos antiquos Patres, ac prophetas Moysen, et Eliam: taceo intractatam, qua singulariter anima eius recreata fuit, sciens in Christi baptismo Spiritum sanctum in specie columbae super caput eius consedissee, et Patris vocem de coelo delapsam: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit*, omnibus innotuisse: silentio praetereo inenarrabilem eius laetitiam, cum Christum praedicantem, coecos illuminantem, mortuos suscitantem, ac similia alia portenta operantem videbat: taceo laetitiam, quam triumphans Christi resurrectio, et evansit illius in coelum empireum ascensio, ac inde fructuosissima Spiritus sancti in die pentecostes missio, Mariae exhibuerunt; in his enim omnibus satis utique constat Virginem exultasse in Deo salutari suo. Solum ergo brevi sermonis eloquio, animus est variis in memoriam revocare causas, quae Marianum cor in Verbi Dei incarnatione vehementer exhilararunt. De quo argumento pertractans insignis ille Hugo de sancto Victore (*alleg. in Luc. lib. 4*) ait: *Adveniente Spiritu sancto in Virgine, et omnium gratia virtutum sacrosanctum habitaculum in adventu Filii replente, dubium non est quin coelestium gaudiorum, et aeternae dulcedinis miram atque inenarrabilem suavitatem Virgo ipsa conceperit, quando illud aeternum lumen cum toto maiestatis suae fulgore in eam descendit, et quod non capit mundus, totum se intra viscera Virginitatis collocavit*. Alia quidem mente perpendebat Deipara Virgo illapsum Spiritus sancti in illam supervenientes, qualiter nunquam in creaturam aliquam descendit, neque postea descenditur sit; perpendebat partem sanguinis sui Verbo divino hypostaticae fuisse uniam; perpendebat se matrem Iesus esse in terris, cuius pater Deus est in caelis; perpendebat eundem genuisse in ventre suo, quem Deus genuit in utero suo, iuxta illud (*Psalms 109*): *Ex utero ante luciferum genui te*; perpendebat plenitudinem gratiae, omnium sanctorum tam hominum quam angelorum gratias in unum reda-

ctas longe superantem, quam divina largitas ei donaverat; perpendebat se dominam, ac reginam angelorum, coeli, terrae, et inferorum; perpendebat, et contemplabatur uterum suum, velut coelum empireum, ubi Deus faciem suam beatissimam manifestat: si enim Deus adest in coelo, adest in utero Mariae; si Deus in coelo beatificat, beatificat etiam in utero Mariae animam Christi, immo et ipsam, ad eum modum quo Moysen, et Paulum ad tempus tunc beatificavit, ut tradunt d. Cyprianus, d. Augustinus, et d. Antoninus; animo etiam volebat Filium suum adhuc in utero suo existentem non minus quam in coelo, pariter cum Patre in vi unius principii Spiritum sanctum infinito gaudio spirare; sicut enim Pater semper generat Filium, ideo enim ait de praesenti: *Ego hodie genui te*, ita Pater, et Filius nunquam cessant Spiritum sanctum producere; considerabat Virgo illum suum tamquam sapientiam genitam Patris, ex utero suo, tam coelestem, quam terrestrem, et inferorum machinam gubernantem, angelos in coelo beatificantem, orbem moventem, solem, et lunam, et reliqua astra illuminantem, elementa conservantem, hominibus tam naturalia quam supernaturalia bona elegantem, ac locius mundi molem tribus digitis, tametsi infantilibus, appendentem. Singula sane haec quis non videat sufficientissima fuisse ad exhilarandum mirifice Mariae praecordia? audeo dicere, quod si simul in unum confluentia omnia gaudia, in hac vita a principio creationis mundi omnibus creaturis collata, et in posterum conferenda in unum cumulum redigerentur, non solum Mariani cordis gaudium ob incarnationis mysterium in ea celebratum non aequarent, sed longo intervallo ab eo superarentur; unde arbitrator soli Deo, animae Christi, et Virgini magnitudinem illius gaudii fuisse usquequaque perspicuam, et comprehensam; quare merito idem Hugo de sancto Victore praecitato loco, hanc Virginitatis laetitiam vocavit *inenarrabilem suavitatem*: si ergo inenarrabilis est, satis, superque erit, aliquid de ea narrare tentasse.

Porro iam explorems varia documenta, quae ad mores nostros informandos ex mira hac Virginitatis exultatione deponere possumus. Ego tria praecipue elicienda arbitrator: primum est, ad imitationem Virginitatis, quae Deum ex corde magnificans, exultabat, discamus nos opera divinas laudes, quam reliqua virtutis opera exultantes et hilares exercere: quia, ut dixit d. Paulus (*2. Cor. 9*), *hilarem datorem diligit Deus*: atque ob eam rationem inter alias potissimum Deus instabat, ut Pharaon sinceret populum suum a captivitate eius egredi (*Exod. 5*): *Dimitte populum meum, ut sacrificet mihi, quia dum populus sub tyrannica illius servitute afflictus et oppressus misere iacebat, difficillime poterat hilaris, et exultans, et oportebat, victimas Deo sacrificare. Confirmat hanc doctrinam quod contigit Aaron: narrat enim sacra Levitici historia, quod cum Aaron sacrificante ante arcam, et in manu thuribulum tenente, duo sacerdotes eius filii, Nadab, et Abiu igne coelitus delapso percussis repente interierunt, tantum ille moestitiam ex paterno*

affectu orlam concepit, ut ultra in sacrificando non procederet, sed imperfectum relinqueret sacrificium; ob quod cum a Moysse eius fratre acriter increparetur, quod dimidiatum victimam obtulisset, integritati sacrificii non attendens, ipse respondit haec verba (*Levit. 10*): *Quomodo potui condere eam, aut placere Domino in caeremoniis nesci lugubri? probat autem sacer textus hanc responsonem, dum ait: Quod cum audisset Moyses, recepit satisfactorem*, iudicans certe sufficientem causam habuisse Aaronem ad relinquendum imperfectum sacrificium, quia ob inopinatam filiorum necem non poterat hilarem datorem se Deo exhibere. Oportet igitur, ut exultantes, et laetantes Deo nostro inserviamus, id plurimi habentes, quod Dominus infinitae maiestatis, ac potentiae, et qui ad eius obsequium, et ministerium innumeris angelorum choros, immo et penae infinitas hierarchias, unico verbo et quocumque momento creare posset, a nobis nihilominus abiectissimis homunculis, et vilissimis peccatoribus velit inserviri, et ministrari.

Secundum documentum, et valde utile est, ut cum in nobis iuxta Pauli sententiam duplex homo reperitur, interior scilicet, et exterior, *spiritus*, inquam, et *caro*, ad imitationem Virginitatis discamus, quisnam illorum in nobis exultare debeat: in Maria quidem exultatio fuit *spiritus*: *Exultavit spiritus meus*; in peccatoribus autem exultatio non est *spiritus*, sed *carnis*, iuxta illud Sapientis in persona eorum dicentis (*Sap. 2*): *Venite, et fruamur bonis, quae sunt, et utamur creatura, tamquam in iuventute celeriter. Vino pretioso, et unguentis nos impleamus, et non praetereat nos flos temporis*: in illis non dominatur quod spirituale est, sed quod animale; non regnat *spiritus*, sed *caro*, contra illud d. Pauli (*ad Rom. 6*): *Non regnet peccatum in vestro mortali corpore*: quo loco nomine peccati appetitus sensualis intelligitur, qui est causa peccati, sicut etiam intellexit idem d. Paulus, cum dixit: *Iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum*. Hoc egregie significatur per id quod in lib. Genesis legitur; dum enim Ismael cum Isaac Inderet et exullaret, ludus autem erat, ut Hebraei adnotant, quod idola colere non decebat, Sara uxor Abraham id aegre ferens, audacter dixit (*Gen. 21*): *Eiice ancillam, et filium eius*; quo facto docemur coercendum esse appetitum sensitivum, ne in suam sententiam trahat voluntatem: actus enim voluntatis cum filii sint liberae, immo et reginae, reges sunt, et dominari debent; actus vero sensuality, cum sint filii servae, servi sunt, quia leges civiles disponunt, ut parlus sequatur ventrem: quare cum contingit pravos appetitus in nobis oriri, summopere curandum est, ne dominantur, vel exultent adversus spiritum, ut sollicite curabat David cum dicebat (*Ps. 18*): *Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero, et emundabor a delicto maximo*. Atque ad id anxie curandum, vel illud unum nos trahere debet, quod huiusmodi sollicitudo, et cura pignus quoddam est, et indicium non leve aeternae praedestinationis, Apostolo dicente (*ad Gal. 5*): *Qui Christi*

*sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitis, et concupiscentiis*. Certe cum Deus in Levitico praecipiat sacrificium sive condimento salis, qui mordax est, sibi non offerri, significare voluit, quod ut plene gratum sibi existat sacrificium spiritus, cum carnis mortificatione veluti spirituali sale condendum est. Gedeonis quidem milites veterum non obtinerunt nisi cum lagenis vacuis, et facibus accensis, et buccinis, quas manu gestabant, quo Spiritus sanctus significare voluit, nonnisi cum carnis exinanitione, et extenuatione, ac sanctis operibus, velut lucernis ardentibus, et bonis exemplis, velut buccinis concorporantibus, innuenerunt nostrorum hostium agmina vinci ac expugnari posse. Et quidem hoc satis experientia compertum habemus, quod scilicet terra nisi vomere proscriatur, seminum fructus non affert, ita caro nostra virtutum fructus geminare non valet, nisi poenitentiae vomere sit processa; et sicut ipsum granum frumenti, ut Christus Dominus dixit, nisi mortuum fuerit nullum fructum exhibet; nec Jacob luctando vicit, nisi mortificatus, et foemore percussus; nec David Saulem superavit, nisi praecisa prius ora clamidis regiae, quando etiam vitae eius peperit; nec Goliath Philistinum vicit, nisi cum funda, et lapidibus, asperitatem, et mortificationem praefereatibus; nec Moyses illustre legislatoris munus adeptus fuit, nisi per ieiunium quadraginta dierum; nec Iudith caput Holofernis amputare potuit, nisi carnis poenitentia praemissa: non secus ut spiritus noster exulter in Deo, et adversus hostes nostros praevaleat, oportet, ne caro exulter, nec habeatur illi ita laxetur, ut nullum sit pratum, quod non pertrahat luxuriam eius. Atque in hac parte tanto vigilanter esse debemus, quanto experientia ipsa compertum habemus inler omnes animae hostes carnem esse validiorem, et potentiorem; quod ex eo ortum habere arbitrator, quod Christus Dominus pugnavit cum daemone, tamquam cum forti armato, illum superavit (*Ioan. 12*): *Nunc principes huius mundi evicentur foras*: acriter etiam decebat in mundo, et victoriam de illo tulit (*Ioan. 16*): *Confidite: ego vici mundum*; nunquam tamen Christus Dominus cum carne pugnavit, cum in eo nulla prorsus esset rebebellia partis inferioris adversus superiorem, sed omnimoda subiectio, et obedientia: et hinc est, vires daemonicis, et mundi extenuatas mansisse post adventum Christi; non sic autem carnis, cum qua Christus nunquam conflixit, aut pugnam aliquam inicit. Cum igitur caro non fuerit facta adeo vincibilis, ac daemone, et mundus; inde est vehementius, ac fortius quam illos, adversus spiritum pugnare, et ideo in ea devinctenda oportet maiorem adhibere conatum, ac illi frequentius violentiam inferre, quia regnum coelorum vim patitur, et violenti rapiunt illud. De his vero qui id praestant, existimo verificari verba d. Pauli (*ad Gal. 5*): *Ego enim stigmata Domini Iesu in corpore meo porto*: non enim id vult, ut quidam perperam autumarent, d. Paulum Christi vulnera habuisse impressa, veluti scraphicus noster p. s. Franciscus, sed eatenus dicebat, stigmata Domini



Iesu in corpore suo deferre, quatenus per continentiam mortificationem mentem et carnem adeo edomabat, ut nec cor, nec sensus, nec manus, ut pedes, a via mandatorum Dei quidquam deflectere pateretur.

Tertium documentum, quod ex Mariano exemplo deduco, et omnium potissimum est, ut ad Virginis imitationem in Deo solo incommutabili bono, non in creaturis exultemus: omnia enim creata bona, divitiæ, honores, voluptates futilla sunt et vana. Quare d. Chrysostomus (*ser. cont. concubinariorum in fin. to. 5*) id pendens, eleganter dixit: *Salomon, cum saecularium rerum concupiscentia teneretur, magnas eas, et admirandas putabat, multumque in eis laboris, et sollicitudinis insumebat, magnificas aedificando domos, copiosius cocercando urrum, congregando cantorum choros, varia genera ministrorum mensas, et popinam querendo, animas suas voluptatibus ab horarum, et corporum formosorum gratia, et omnem, ut ita dicam, oblectationis, et refrigerii vitam sectando. At ubi inde ad se reverteri, et quasi ex umbrosa quadam abyso ad lumen veræ sapientiae respicere valuit, tunc sublimem illam, et coelis dignam emisit vocem: Vanitas vanitatum, dicens, et omnia vanitas. Vanitatem hanc antiqui, ut refert Fulgus. (*li. 2. c. de Iunone*), in hunc modum describere: Inanem, quam omnibus regnis praesideret arbitrabantur, ad latus eius dexteram pavonem, ad sinistram vero coelestem arcum depingebant, quibus temporalis imperii, ac domini fugacitatem, ac vanitatem significare contendebant. Tandem enim durat gloria pavonis pulchram suam caudam expandens, quamdiu deformes suos pedes non aspicit, cum ad solum eius aspectum pompaticus ille caudae fastus continuo evanescat. Iridis autem, aut coelestis arcus splendor, ac multiplex colorum diversitas, quam cito dispareat, maxime vento flante, quotidiana ipsa experientia satis compertum habemus. Hinc est id, quod d. Augustinus (*super Psal. 169*) scripsit: *Inanis est gloria huius saeculi, fallax suavitatis, infructuosus labor, perpetuus timor, periculosa subtilitas, inivm sine prudentia, finis cum poenae. Seneca etiam paucis verbis multa in hoc genere argumenti comprehendit, dum dixit (*lib. 10. epist. 77*): Saeculi huius prospera esse fortunae mendacia. Huius veritatis testes non alius adduco, quam ipsos mundi sectatores, clamantes illud Sapientiae (*c. 3*): *Ambulavimus vias difficiles*; difficultas autem illa non aliunde ortum habuit, quam ex fraude, et fallacia ipsius mundi, qui instar Dedali, aut regis Minos, labyrinthi, ut tradit Claudius (*emblem. 12*), facilem habebat ingressum, egressum vero difficilem, et laboriosum, maxime si in manus Minotauri incidere ingredieris. Ob hanc difficultatem, et periculum locus ille labyrinthus vocabatur, quod interpretatur, *labor intus*. Mundus hic merito labyrinthus nuncupari debet, cum totus sit *labor intus*. Ecclesiasticas dignitates, tametsi tibi videantur quietem multam polliceri; sed mentiuntur, quia *labor intus*, cum episcopos tot animarum sarcinam humeris suis imponat, angelis ipsis formidandam: de quibus omnibus, ut ait d. Petrus (*c. 4*), rationem**

Deo redditurus est. Divitiarum affluentiam, auri, et argenti copiam, dulcem ac suavem sibi futuram facile student illam ardentem cupientes; sed mentiuntur, quia *labor intus*, Christo Domino dicente, divitiis spinas esse pungentes. Carnis tandem lasciviam, ac libidinosos amantes, carnis voluptates sacro, et melle dulciores sibi promittunt; sed *mentita est iniquitas sibi*, quia *labor intus*: nam ut expertus Salomon dixit (*Prov. 5*): *Ne attendas fallacine mulieris: Favus enim distillans labia meretricis etc. novissima autem illius amara quasi absinthium*. Quare videntur mihi huius mundi cultores illud quotidie experiri, quod contigit patriarchae Iacob: narrat sacra Genesice historia, quod ille existimabat pulchram, ac formosam Rachel sibi in uxorem dandam, propter cuius amorem septem annos magnos perferens labores patri eius servierat; nocte autem celebrationis nuptiarum, non pulchra Rachel, sed faeda, ac lippis oculis Lia ad eum ingressa est: non secus accidit huius saeculi amatoribus, qui cum post oleum, et operam perditam, ac ingeniosos labores perperosos, desiderium suum honorum, divitiarum, aut voluptatum abunde expleturos sperabant, inanes, ac vacui inveniunt. Sed o infinitam Dei bonitatem, o immensum divinae clementiae pelagus, cum id, quod mundi huius cultores adversa, et inimica fortuna sibi accidere opinantur, non nisi ex paterna, ac suavi Dei providentia eis contingat, qui instar nutrices, ut a lacte infantem ablaet, felle, aut absinthio ubera inungit, ut ille amaritudinem praesentis a lacte sugendo sese abducat; ad eundem modum, ut Deus peccatores, quamdiu deformes suos pedes non aspicit, cum ad solum eius aspectum pompaticus ille caudae fastus continuo evanescat. Iridis autem, aut coelestis arcus splendor, ac multiplex colorum diversitas, quam cito dispareat, maxime vento flante, quotidiana ipsa experientia satis compertum habemus. Hinc est id, quod d. Augustinus (*super Psal. 169*) scripsit: *Inanis est gloria huius saeculi, fallax suavitatis, infructuosus labor, perpetuus timor, periculosa subtilitas, inivm sine prudentia, finis cum poenae*. Seneca etiam paucis verbis multa in hoc genere argumenti comprehendit, dum dixit (*lib. 10. epist. 77*): *Saeculi huius prospera esse fortunae mendacia*. Huius veritatis testes non alius adduco, quam ipsos mundi sectatores, clamantes illud Sapientiae (*c. 3*): *Ambulavimus vias difficiles*; difficultas autem illa non aliunde ortum habuit, quam ex fraude, et fallacia ipsius mundi, qui instar Dedali, aut regis Minos, labyrinthi, ut tradit Claudius (*emblem. 12*), facilem habebat ingressum, egressum vero difficilem, et laboriosum, maxime si in manus Minotauri incidere ingredieris. Ob hanc difficultatem, et periculum locus ille labyrinthus vocabatur, quod interpretatur, *labor intus*. Mundus hic merito labyrinthus nuncupari debet, cum totus sit *labor intus*. Ecclesiasticas dignitates, tametsi tibi videantur quietem multam polliceri; sed mentiuntur, quia *labor intus*, cum episcopos tot animarum sarcinam humeris suis imponat, angelis ipsis formidandam: de quibus omnibus, ut ait d. Petrus (*c. 4*), rationem

Ad extremum Ecclesiae Patres audiamus, qui mira de exultatione in Deo habenda, et in creaturis execranda edixere. D. Augustinus (*serm. 35. de Sanctis*) ait: *Anima sancta risum lectum computat, et gaudium in moerore commutat, cui mundus carcer, coelumque habitatio est; cui exultatio de praesentibus nulla est, quia in illo tantum gaudere appetit, qui super omnes est. Unde in sancto cantico, cum diceret Virgo gloriosa: Magnificat anima mea Dominum, et exultavit spiritus meus, signanter addidit, in Deo salutaris meo: ac si diceret: Anima mea, quae magnificat Dominum, non in quolibet alio, sed in illo tantum exultat, quem amando magnificat. Noverat enim esse aliam vituperabilem exultationem, qua mundus gaudere dicitur, tendens ad luctum, et de quibus Salomon ait: *Lactantur, cum male fecerint, et exultant in rebus pessimis*. Hinc et Apostolus non quolibet gaudium in sanctorum cordibus esse describit, sed in Spiritu sancto: hinc David cum diceret: *Gaudete iusti, subinquit, in Domino: hinc, cum Domino diceret: Gaudet labia mea, dum cantavero, addidit, tibi: hac enim exultatione nullus eorum gaudet, quisquis de praesentibus tantum exultat, aeternisque bonis interesse non concupiscit, cum exilium patriae esse creditur, et mors vitae aestimatur, cui Deus venter est: et infra: Inveniet ergo o sancta anima, quaecumque in Domino exultas, et quoties te ab hac exultatione abstractum videris esse, dicit: *Ne proicias me Domine a facie tua, et Spiritum sanctum tuum ne auferas a me: redde mihi laetitiam salutaris tui, et spiritum principali confirma me*. Et hic attentius intuers, quam exultationem peccator: *Quod enim hebraice, Iesus, hoc latine, salutaris, dicitur. Quae enim haec laetitia est Iesu? Contemplatio eius, qualis venturus est in gloria sua: Christus enim Iesus fecit, sed nunquam eum risisse memoratur. Hinc plane, hinc in spe gaudent omnes electi, cum cooperint adversitatibus mundi fatigari, et nullis eius prosperitatibus fallaciter decipi. Idem etiam s. Augustinus (*super Psal. 94*) sic habet: *Venite exultemus Domino, in iubilem Deo salutaris nostro: Incitat, inquit, ad magnas epulas exultandi non saeculo, sed Domino. Nisi enim esset in hoc saeculo exultatio mala, quae distinguenda est ab exultatione bona, sufficeret dicere: *Venite exultemus, sed brevier distinxit: *Quid est, bene exultare? Domino exultare. Ergo exultatio mala est, exultare saeculo; exultatio bona est, exultare Deo. Pie debes Domino exultare, si vis securus vocari insultare. Quid est autem venite? Unde vocat, ut veniant, cum quibus vult exultare Domino, nisi quia longe sunt, ut veniendo propinquent, propinquando accedant, accedendo exultent? Infra: *Ergo quibusdam longe positus, et male viventibus psalmus iste dicit: *Venite, exultemus Domino. Quo itis, quod recessit, quo disceditis, quo fugitis exultando mundo? Venite, exultemus Domino. Quo itis exultare? ubi deficitis? Venite, exultemus in illo, a quo facti sumus. Venite, exultemus Domino, iubilem Deo salutaris nostro. Quid est iubilaris? Gaudium verbis non posse explicare, et tamen voce testari, quod corde conceptum est, et verbis explicari non potest, hoc est iubilaris. Iubi-********

landumque est, quoniam Deus magnus Dominus, et re: magnus super omnes Deos. Ac tandem idem d. Augustinus (*de cons. vit. et virt. tom. 9*) inquit: *Unde inest tibi tanta laetitia? Numquid iam diabolus vicisti? numquid iam inferni poenas evasisti? numquid iam de exilio ad patriam venisti? numquid iam de tua electione securitatem accepisti? An forte in oblationem venit, quod Dominus dicit: *Mundus gaudebit, vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium? An forte memoria excessit, quod idem alibi dicit: *Vae vobis, qui nunc ridetis, quia plorabitis, et flebitis? Quod quidem per Salomonem dicitur: *Risus dolore miscetur, et extrema gaudii luctus occupat. Et e contra per evangelium: *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Quia ergo necesse homo, an odio, vel amore dignus sit, sed omnia in futurum reservantur incerta, comprime inanem laetitiam, qui necdum evasisti poenalem aerumnam. Nonne apud omnes insanus iudicatur is, qui tenebris reclusus carceris gaudere conatur? d. Gregorius (*li. 15. mor. c. 2. to. 2*), explicans illa verba Iob (*cap. 20*): *Hoc scio a principio, ex quo positus est homo super terram, quod laus imperium brevis sit, et gaudium hypocritae ad instar puncti, sic loquitur: *Hypocrita gaudet in prima sessione, hilarescit in primo recubitu, inflatur in prima salutatione, elevatur in reverent voce obsequentium, tum et in famulatu subditorum; sed hoc eorum gaudium aeternitati comparatum quid erit, quando irruente mortis articulo illa consumitur, ac si omnino non fuerit? cuius nimirum gaudii laetitia pertransit, et poena permanet. Bene autem dicitur: *Gaudium hypocritae ad instar puncti. In puncto enim stylus mox, ut ponitur, levatur, nec mora ultra agitatur, ut per exprimentam lineam trahatur. Itaque gaudium hypocritae ad similitudinem puncti est, quia apparet ad momentum, sed disparet in perpetuum: et sicut stylus in puncto dum ponitur, levatur, sic hypocrita praesentis vitae gaudia, dum tangit, amittit. Idem s. Gregorius (*exposit. in Psal. 2. ponit*), explicans verba illa, *Laetamini in Domino, et exultate iusti*, inquit: *Non est gaudere impiis, dicit Dominus, quia qui terrenarum rerum amore vincitur, in Deo nullatenus delectatur. Et quanto quis ad temporaria acriori cura exarsit, tanto magis ab aeternis damnabilis tempore frigescit. Iustus ergo solummodo, ut in Domino laetentur, dicitur, quia qui Deum toto corde non diligunt, in eo laetari quoadiu saecularibus delectantur, non possunt. Scriptum est enim: *Quicumque amicus huius saeculi esse voluerit, inimicus Dei constituitur. Neque enim possumus hic gaudere cum saeculo, et illic regnare cum Christo. Sed iusti tantum in Domino exultant, quia ita extra mundum sunt facti, ut nec prosperari in mundo cupiant, nec adversa pati, nullo tacti praesentium amore pertimescant. Et notandum, quia non solum, laetamini, dixit, sed etiam, exultate, adicit; ut intelligas eos non posse tritari in corpore, quod divinae claritas miserationis fulget in mente. Et gloriari omnes recti corde. Illi quidem, qui habent cor ad terram distortum, non gloriantur in Domino, quia spem suam posuerunt in mundo. Vos autem qui cor vestrum secundum**********



Dei voluntatem dirigitis, in spe beatitudinis aeternae gloriari debitis, ut qui gloriatur, in Domino gloriatur. Illa namque sine dubio est vera gloria, quam nullus moestitiae obtenebrat poena. Insuper idem summus Pontifex, et disertissimus doctor s. Gregorius (super 1. lib. Regum), elucidas illa verba Samuelis, Et nolite declinare post vana, quae non proderunt vobis, neque eruent vos, quia vana sunt, ait: Quidquid in hoc saeculo laetum, delectabile, sublimis, aut prosperum cernitur, vanum profecto est, quia difficile habetur, et cito amittitur. Repente quidem alta saeculi corrumpunt, pulchra transeunt, laeta, et prospera evanescent. Nam cum stare in his floribus suis mundus blandiens cernitur, repentina fortuna turbatur, aut festina, et omnia delatante morte concluditur. Vana ergo sunt gaudia saeculi, quae quasi manentia blandiuntur, sed amatores suos cito transeundo decipiunt. Et notandum quia de futuro dicitur, non proderunt vobis, quia nimirum nunc prodesse cernuntur; sed cum in futuro pro eis puniri coeperint, nequaquam prosunt, neque eruent vos, quia vana sunt; quasi dicat: idcirco vos tunc non adiuvant, quia cum mundo deficiunt, et post saeculum non habentur. Post saeculum non prosunt, quae finem vitae transire non possunt. Multum quidem saeculi bona durant, si cum a maiore usque ad extremam vitae perveniunt. In hac quidem vita suos amatores peccatis obligant, sed tunc non erunt, ubi quidem per meritum sunt, sed per auxilium non sunt. D. Chrysostomus (ho. 4. ex caris) haec eloquenter, ut assollet, scripsit: Mel in sacrificiis nunquam obtulimus legitimus. Miretur aliquis, et dicat, quare cum oleum, cum simula, cum aries, cum agnus, cum sanguis pecudum, cum cetera offeruntur in sacrificio Dei, mel tantum non offertur? Denique quod dicit, et quodcumque offertur, sale conditum offertur in sacrificio, et sermo vester sit sale conditus. Mel penitus non offertur. Et quodcumque contigerit, inquit, immundum erit. Mel sane voluptatis indicium est, et suavitatis, semper enim voluptas mortificat, semper voluptas Deo non placet; quodcumque dulcedinem habet, in Dei sacrificiis non offertur. Mel quidem ipsum dulce cum sit, sensum suavitatis demulcet, sicut et voluptas, sicut et libido, sicut et lasciviae. Deinde idem s. Chrysostomus (ho. 27. in prim. epist. Pauli ad Cor.), deliciarum amatoribus sic loquitur: Delicias amas? Ego te in deliciis esse volo, sed in veris, quae nunquam longuescunt. Quae igitur verae deliciae sunt? Quae semper florent. Quae ad prandium Christum, participem rerum tuarum facias, vel suarum potius, hoc immensam habet voluptatem, et semper florent. Verum sensibilia non huiusmodi sunt, sed simul, et apparent, et abolerunt, et qui in deliciis est, nihil melius se habet, quam qui in nullis est deliciis, immo peius. Ille enim tanquam in porte sedet, hic tanquam in fluctibus, et morborum obsidionibus tantum aetnum minime ferre potest. Denique idem s. Chrysostomus (hom. 39. in 1. ad Cor.) in idem argumentum haec habet: In voluptate praestantissima quidem pars nostri servit, imperat autem abiectionissima; illa excaecatur, undique ut caeca vincitur, haec agat, circumagat undique, quam conveniebat du-

ci potius. Infra: Estque non menti solum, sed ipsi etiam corpori inimica, et infensa voluptas, ex forti debile reddit, et solido eneratam, morbidum et sano, tenue ex compacto, ex florente et formoso deforme, otidum ex flagranti, ex mundo et puro impurum, ex utili inutile, ex recenti vetus, ex robusto flacidum, ex celeri tardum, ex sano languens, ex recto claudum. Per voluptatem mille mala malignus ille patrat satan. Sic totam pessumedit gentem. Impinguatus enim, incrassatus, dilatatus est dilectus, inquit, et calcitravit; haecenus d. Chrysostomus. Ergo si auditis Ecclesiae Patres, sugite dulcissimum illorum doctrinae lac, bibite coelestem ambrosiam, inebriamini hoc divino nectare, ut iam non in creaturis amplius exultetis, sed in Deo optimo maximo, qui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

## HOMILIA XV.

Varis expositionibus explicantur verba illa Deiparae: Quia respexit humilitatem ancillae suae: permultaque de humilitate ex ss. Patrum doctrina traduntur, quae ad virtutem hanc sectandam mirum in modum invitant.

Cam humilitas amphibioque vox sit, nam consulto omissis variis eius significacionibus, quae ad rem non faciunt, manifestum et exploratum est apud omnes, nomine humilitatis significari tum exigitatem, tum abiectionem, iuxta illud (ad Phil. 3): Qui reformabit corpus humilitatis nostrae; idest, utile et abiectionem: tum etiam virtutem humilitatis, iuxta illud Christi Domini: Discite a me, quia mitis sum, et humilis corde. Hinc oritur controversia tam inter antiquos, quam inter recentiores huius loci interpretes, quidnam istorum b. Virgo nomine humilitatis intellexerit, ipsamne sibi infusam virtutis humilitatem, an vero exigitatem, et parvitatem suam, seu abiectionem? d. Augustinus (ser. 2. de Assump.), d. Bernardus (hom. 1. super Miss.), s. Ildefonsus (ser. 1. de Assump.), d. Bonaventura (in spec. B. V. c. 8), d. Thomas (22. q. 161. ar. 1), Origenes (hom. 8. in Luc.), Rupertus (lib. 1. in Cant.), Venerab. Beda (super c. 1. Luc.), Hugo de sancto Victore (ibid.), et Eusebius Emisenus censent, sermonem esse hic de virtute humilitatis, quae in b. Virgine valde effulsit: verba d. Augustini sunt haec: Quia respexit humilitatem ancillae suae, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. O vere beata humilitas, quae Deum hominibus peperit, vitam mortalibus edidit, coelos innovavit, mundum purificavit, paradysum aperuit, et hominum animas de inferno liberavit. Non dissimila scribit d. Bernardus (prae. loc.): necnon et (ser. 42. sup. Cant.), ubi in hunc modum loquitur: Audierat: pulchrae sunt genae tuae sicut turturis, et collum tuum sicut monilia; acceptat et reprobationem ornatus aurei; et nihilominus tamen cum humilitate respondet: et quanto maiorem se audit, tanto humilior se in omnibus. Non gloriatur in meritis, nec in-

ter laudes suas, humilitatis obliuescit, quam et humiliter confitetur sub nardi nomine, ac si voce Virginis Mariae dicat, nullius mihi merito conscia sum ad tantam dignationem, nisi quod respexit Deus humilitatem ancillae suae. Nam quid est aliud: Nardus mea dedit odorem suum, quam placuit mea humilitas? Non mea, inquit, sapientia, non mea nobilitas, non mea plehritudus, quae nulla erant mihi, sed quae sola inerat humilitas, dedit odorem suum; haec ille. Alia his consentanea tradit Ven. Beda (loc. praec.), dicens: Cuius humilitas respicitur, recte beata ab omnibus cognominanda gratulatur: sunt et contrario, cuius superbia despecta condemnatur. Ecce, ides t vae, sive calamitatis nomine mulclata tabescit. Decebat enim, ut sicut per superbiam primae nostrae parentis mors in mundum intravit, ita denuo per humilitatem Mariae vitae introitus panderetur. Quibus verbis de virtute humilitatis, prout superbiae vitio opponitur, clarissime loquitur Beda. His perquam eruditam Origenis doctrinam adnectamus, qui (homil. 9. in com. sup. Luc.) quaestionem hanc proponit, et his verbis eam dissolvit: In quam humilitatem Mariae respexit Dominus? quid habet mater Salvatoris humile atque delectum, quae Dei Filium gestabat in utero? Quod ergo dicit, respexit in humilitatem ancillae suae, tale est, ac si dixerit: Respexit in iustitiam ancillae suae. Respexit in temperantiam, respexit in fortitudinem, ac sapientiam. Dignum quippe est, ut virtutes respiciat. Respondeat aliquis, et dicat: Intellego, quomodo Deus iustitiam ancillae suae, sapientiamque respiciat: quomodo autem intendat humilitatem, non satis liquet. Consideret qui quaerit talia, quoniam proprie in Scripturis una de virtutibus humilitatis praedicetur. At quippe Saluator: Discite a me, quia mitis sum, et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris; haec ibi Origenes. Sed, et Hugo Cardinalis (in com. hui. loc.) Origenis sententiam sequutus ait: Quia respexit humilitatem ancillae suae. Placuit enim ei humilitas ancillae suae, cui displicebat superbia Euae; ut sicut per superbiam Euae mors intravit in mundum, sic per humilitatem ancillae vitae pandatur introitus. Ac tandem Ambrosius Ansbertus (lib. 2. in Apoc.) horum Patrum expositioni adhaerens, inquit: Cum itaque Maria Virgo ideo beata credenda sit, quia sine humano semine ex Spiritu sancto concepit, quia Dei Filium hominem factum intemerata virginitate mundo edidit, radicem tamen suae beatitudinis solerter inspiciens ait: Quia respexit humilitatem ancillae suae, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes: ac si diceret: quia humilitas vera praecessit, quae Dei Filium ad habitaculum carnis meae invitavit, quae Spiritum sanctum ad munditiam cordis mei attraxit, ut Verbi carnem cum Verbo, et Patre in visceribus meis formaret, propterea beatitudinis nomen in cunctis generationibus ipsa promeruit; haec antiqui illi Patres. Quibus si obicias, ad eorum labefactandam expositionem, non videri consentaneam summam modestiam Virginis, ut diceret, Deum respexisse ad virtutem suae humilitatis, id enim fuisset se laudare, et gloriari de humilitate, quod a vere humiliori longe alienum esse debuit: facile ex eorumdem doctri-

na responderi potest, beatam Virginem ibi minime in seipsa de sua humilitate gloriari, sed in Domino, a quo agnoscebat virtutis humilitatem accepisse, tanquam fundamentum ab ipso summo opifice iactum ad reliquam coelestium donorum fabricam in illa superextruendam; quemadmodum et d. Paulus (1. Cor. 15) absque ullo humilitatis praedictio dixit: Abundantius illis omnibus laboravi: et alibi (Rom. 8): Certus sum enim, quia neque mors, neque vita etc. neque creatura alia poterit nos separare a charitate Dei, quae est in Christo Iesu Domino nostro.

Ceterum alii doctores, ut Euthymius (super c. 1. Luc.), Card. Caietanus (ibid.), Isidorus Clarus (orat. 7), Iansenius (in conc.), monita Stella, et doctissimus Benxamis (in harmonia super Magnif. tom. 1), Vatablus (in c. 1. Luc.), immo d. Bernardus (super Sig. mag.), Maldonatus, Card. Toletus (super c. 5. Luc.), et alii non pauci moderni arbiterantur Beda. His perquam locutam hoc loco de virtute humilitatis, sed de abiectione, parvitate, et exiguitate sua, ita ut sensus sit: quamvis parva sim, et Domini ancilla, ipse tamen dignatus est, ut mihi misericordiae plenissimum oculos habeat, ad hanc meam parvitate et abiectionem, ut eam exallem, respicere. Si autem quaeras ab his doctoribus: quoniam parvitas erat haec? respondent, parvitem in natura, quia homo erat in conditione, quia foemina in sexu, quia fragilis, immo et peccabilis quantum est ex se, nisi specialis Dei donum praeservaretur. Addunt deinde non solum locutam fuisse b. Virginem de parvitate in natura, sed et in gratia, et virtutibus, quia licet haec omnia in ea essent in heroico gradu, nec ipsa id ignoraret, propter herippidissimum tamen divinae bonitatis cognitionem quia mens eius erat illustrata, omnia sua supernaturalia bona exigua sibi videbantur ad colendum et magnificandum Deum, qui maior est omni laude. Sed iam verba aliorum ex praecitis doctoribus hanc expositionem amplectentibus in medium producamus. Euthymius (su. c. 1. Lucae) disertis verbis illam docuit dicens: Se ipsam deiecit, quia tanta rei indignam; vel etiam propter abiectionem humanae naturae comparatae ad sublimitatem divinae. Cornelius Iansen. (in sua con.) sic habet: Itaque sensus est: Respexit exiguitatem ancillae suae, hoc est, me exiguitatem et infamiam ancillam suam. Secundum quem sensum magis his verbis Virginis modestia, et humilitas animi nobis commendatur, quam si nomen humilitatis hic pro virtute acciperetur. Non enim solum Deum respexisse dicit ad ancillam suam, sed etiam ad infamiam ancillam suam, immo, quod magis aliquid est, ad exiguitatem ancillae suae, quod intelligendum potissimum de exiguitate quoad materiam: existimabat enim se nullius meriti, nulliusque virtutis. Nec id quidem fete aut falso, quoniam considerabat se ipsam ex parte sui, non ex parte donorum Dei in ipsa. Huiusmodi enim consideratio humilitatis animi mater est. Ac tandem nosse Stella (sup. c. 1. Lucae) haec praecleara in idem argumentum scripsit: Quia respexit humilitatem ancillae suae, idest, meam exiguitatem